

pace nichilominus, concordia et federe superius expressis in suo robore duraturis. Item premissis omnibus adicimus, quod liberi vtriusque nostrum, cum etatem legitimam attingentes sigillis vti ceperint, consimiles literas confici faciant et suorum sigillorum appensione muniri. In quorum omnium euidentiam firmiorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in castro nostro Bauohus anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>cl quarto in vigilia beati Laurentii martiris.

Konungens sigill bortfallet, sigillremsan kvar.

5046.

1354 Aug. 9.

Rådet i Visby anhåller hos rådet i Lübeck, att det måtte lämna vederbörligt understöd åt 'Florenkinus de Brakele', borgare i Visby, hvilken såsom prokurator för flickan Margareta ägde uppbara en penningssumma, hvilken tillfallit Margareta i arf efter prästen Arnold 'Bomgarden'.

Orig. på perg. i Lübeck's Statsark.

Tryckt efter en afskrift af K. H. Karlsson i Sv. Riksark.

Commendabilibus viris dominis consulibus ciuitatis Lubicensis consules ciuitatis Wisby amicitie et honoris continuum incrementum. Ad nostram venerunt presenciam discreti viri Bernardus Lange, Hermannus Rixen et Hinricus de Brakele ciues nostri,<sup>1)</sup> quod quedam iuuenula Margareta nomine, cuius nostra, cuius prouisor et procurator Florenkinus de Brakele, noster ciues (!), exhibitor presencium, esse dinoscitur, sit filia Sanderi de Brakele et vxoris sue Margarete quondam ciuium nostrorum sancte recordacionis thoro legitimo procreata, firmauerant testimonio competenti. Quare discrecioni vestre vbilibet commendande duximus supplicandum, quatinus procuratorem puelle memorate promotum intuitu Dei habeatis ad prosequendum seu obtinendum cuiusdam pecunie quantitatem, prout nouimus, per mortem domini Arnoldi Bomgarden sacerdotis sibi hereditarie pertinentem, que quidem pecunia, sicut dicitur, sub Volmari de Buxtehuden vestri ciuis custodia reseruatur, ad nos habituri credenciam et respectum, vt, si quid dictus procurator de dicta pecunia fuerit consequutus, ad hoc nulla secundaria monicio aut posterior actio subsequetur, vnde caucionem recepimus sufficientem. In cuius testimonium secretum nostrum sigillum presentibus a tergo est affixum. Datum anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>liiii<sup>o</sup> vigilia Sancti Laurentii martiris gloriosi.

Sigillet skadadt (endast lammet synes): . ECR . TV . CIVITAT . S WISBY . . . S . Tryckt på ryggen.

5047.

1354 Aug. 9.

Visingsö.

Biskop Nils i Linköping bekräftar kyrkoherden i Svanshals herr Knuts i lifstiden upprättade testamente.<sup>2)</sup>

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Nicolaus, miseracione diuina episcopus Lincopensis, salutem in Domino sempiternam. Noueritis nos quasdam litteras pa-

<sup>1)</sup> Ett 'et' synes här vara utelämnadt.

<sup>2)</sup> Detta är odateradt och aftryckes därför här. Brefutfärdaren, kyrkoherde Knut i Svanshals, lefde ännu 1345 <sup>25/6</sup>. Se SD 3591.

tentes super testamento et voluntate ultima domini Kanuti bone memorie, quondam curati ecclesie Swanshals, confectas sub saluis earum sigillis pendentibus, non rasas, non abollitas nec in aliqua earum parte suspectas, per manus honorabilis viri domini Petri, claustru Aluastræ prioris, nomine et ex parte domini abbatis tociusque conuentus eiusdem claustru confirmationem super eis debitam per nos fieri instantissime petentis, nobis presentatas, vidisse et diligenter perspexisse, formam que sequitur continentem. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Et quia morte nichil cercius ac ipsius hora nichil incercius, ego Kanutus, curatus ecclesie Swanshals, mente compos, mortem meam misericordie operibus intendo preuenire. De bonis igitur michi a Deo concessis testamentum meum dispono in hunc modum: Ita quod confero monasterio Aluastra, vbi mee locum eligo sepulture, vnum atongum terre integrum in Særishøghum cum domibus et omnibus adiacenciis, nullis penitus exceptis, pro mea prompta pecunia emptum. Item confero liberis dilecti fratris mei Hemmingi bone memorie omnia edificia michi in Mithlongxthorp attinencia. Item confero predictis liberis quatuor oues, iiii:or agnos, j peluim, j crateram argenteam et dimidietatem vestium mearum dictarum gangsklædhe, dimidietatem vero confero dilecte sorori mee Cristine. Item soluo predictis liberis pro vera hereditate per me leuata i bouem, iii vaccas et vi thynones annone. Item confero conuentui in Aluastra iii crateras argenteas, item domino Haluardo vnum cornu dictum klo, item domino Ingimundo xii oras denariorum, item cuilibet sacerdoti in Aluastra i marcham et cuilibet paruo monacho dimidiam marcham. Item confero predicto conuentui omnia bona mea mobilia, que nunc in claustro fuerint, vna cum bonis, que post me adhuc ad ipsum claustum ferri debeantur, vero patrimonio et matrimonio meo preterclusis. Item confero Helene, villice mee, i bouem, i vaccam, i equum, i vectigal, i cistam et octo vlnas kortrist. Item confero puero meo Andree octo modios annone. Item dimitto domino Magno Niclisson pecuniam, in qua michi pro equis tenebatur, conferens sibi vnum balteum argenteum. Item confero Petro Gyurdhason i dyurshorn. Ceterum huius testamenti mei rogo instanter et constituo predictum Petrum Gyurdhason et Johannem Karlsson, vt super isto fideles et efficaces sint exeutores, in cuius rei testimonium et euidentiam firmiorem sigilla virorum discretorum dominorum, curatorum Holmuidi in Edhe et Nicolai in Rosløso et Elauu Bendiczson vna cum sigillo proprio presentibus sunt appensa. Nos igitur prefatis litteris et contentis in eisdem cum omni, qua potuimus diligencia, examinatis, et quia veritate nos docente certitudinaliter inuenimus prefatum dominum Kanutum in premissis omnibus per eum testamentaliter legatis legum patrie sanctiones minime offendisse, idem testamentum rite et legitime ordinatum et constitutum, quantum in nobis est, in hiis scriptis sentencialiter pronunciamus et auctoritate ordinaria confirmamus, sub censura ecclesiastica inhibentes firmiter et districte omnibus et singulis, ne quis, cuiuscunque preeminencie, status, ordinis, sexus aut condicionis existat, dictum testamentum de cetero in aliquo infringere uel impetere aliquoaliter audeat uel presumat. In cuius nostre confirmationis euidentiam firmiorem presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum Visingx anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>cl quarto vigilia beati Laurentii martiris.

På baksidan: Confirmacio testamenti domini Kanuti in Swanshals per episcopum Lincopensem.

Libertates domini M. regis et domini N. episcopi de Swanshals super Sæ-rithz høga.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan; snitt för ännu ett sigill finnes (jfr SD 5101).

5048.

1354 Aug. 10.

Uppsala.

Ärkebiskop Petrus i Uppsala skänker biskopstionden af Kulaholm i Svinnegarns socken till Vårfruberga nunnekloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis Petrus, miseracione diuina archiepiscopus Vpsalensis, salutem in Domino sempiternam. • Nouerint vniuersi nos religiosi in Deo nobis dilectis filiabus dominabus, videlicet abbatisse et conuentui sanctimonialium in monasterio Montis beate virginis Marie diocesis Strenginensis, decimas nostras episcopales de prediis earundem dominarum in villa Kulaholm parrochie Swinagarn prouenientes ex mera liberalitate et beneuolencia speciali annis singulis quo ad dies nostras et ipsius domine abbatisse, que nunc est, colligendas et ad vsus dicti conuentus conuertendas concessisse. In cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Vpsalie anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>l<sup>o</sup> quarto die beati Laurencii martyris.

Sigillet borta från den ur brefvet klippta remsan.

5049.

1354 Aug. 15.

Rådet i Nyköping anhåller hos rådet i Lübeck, att det måtte lämna vederbörligt understöd åt Johannes Långe, Arnold Schoneweder och Tidemann Vunken — de båda senare såsom ombudsmän för Gertrud, Johannes Långes brorsdotter — då dessa personer rätteligen gjorde anspråk på arvet efter Johannes Långe d. ä. (jfr SD 5028).

Orig. på perg. i Lübecks Statsark.

Tryckt efter en afskrift af K. H. Karlsson i Sv. Riksark.

Commendabilibus et discretis viris, nostris dilectis amicis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, consules in Nykopinghe sinceritatem honoris et promptitudinem continue seruitutis. Exposuit nobis noster conciuus Johannes Langhe, quondam Johannis Langhe filius, vnacum Ghertrude, Godekini Langhe sui fratris filia, quondam hereditatem vobiscum in platea regis intra domos Copekini Seueneken et Mathie Klincrade, que quidem dicto Ghodekino quondam pertinuerat, ad predictos Johannem videlicet et Godekinum fore legitime deuolutam per obitum patris eorum antedicti, rursusque dicte hereditatis dimidietas ad dictam Ghertrudem per obitum Godekini patris eius, reliqua vero dimidietas eiusdem hereditatis ad Johannem supradictum deuoluta dinoscatur. Quod autem predicti Johannes et Ghertrudis ad huius-